



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

8 quoad pupillam, et nam concessum fuit decretum in forma, ut tutrix, et praefata minores possent hereditatem magistrum Peregrini eorum patris magistro Dominico vendere, in cuius hereditatis venditione intelliguntur et vendita omnia iura hereditaria, et querant magistrum Peregrini actiue, et passiuue. l. 2. et per totum. ff. de here. vel act. ved. l. 1. et 2. C. eo. tit. et l. nihil aliud. ff. de reg. iur. et postea ueluti constat ex instrumento venditionis, et compositionis factae inter ipsas minores cum auctoritate matris tutricis, et dictum magistrum Dominicum, non fuit vendita hereditas, quae in se continet commoda, et incommoda, sed solum spāliter, et expressè fuit vendita dicta domus, et fuerunt vendita bona hereditaria, quae dicuntur deducto aere alieno, omniq; incommodo. l. subsignatum. §. bona. ibiq; not. ff. de verb. sig. Nec obstat. l. princeps. ff. de verb. sig. quia, ut dicit ibi gl. illud procedit in privilegiis, et beneficiis à principe concessis in quibus latissima debet fieri interpretatio, ut ibi not. et in decretis verò à iudice super alienationibus rerum minorum concessis stricissima fit interpretatio adeo, quod in illis nec à maiori- tate rationis argumentum procedit, ut probatur in l. si pupillorum. §. si prator. ff. de rebus eor. et consequenter decretum non fuit seruatum, nec adimpletum in sui forma, et prout fuit concessum, ex quo sequitur, quod quicquid factum fuit, non ualuit, ut est casus clarus in d. l. si pupillorum. §. si prator. et dicitur enim talis alienatio facta absq; decreto, quo casu est ipso iure nulla d. l. si pupillorum. in fi. et per tot. ff. de rebus eor. et C. de praed. mino. c. sine exceptione. 12. q. 2. c. tua. de his, quae fiunt à prael. et c. bene quidem. 96. dist. cum simil. decretum namque concessum fuit super venditione hereditatis, quae habet commoda et incommoda, non autem super compositione, nec super uenditione bonorum hereditarium, quae non continet commoda, et incommoda, nec iura actiue, et passiuue, quando de bonis in contrahibus, et inter uiuos disponitur ad not. in d. l. princeps. et in d. l. subsignatu. §. bona. et faciunt, quae habentur per docto. omnes in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. et consequenter decretum fuit concessum propter unam causam, et vnum contractum uidelicet venditionis, et super vna re, uidelicet hereditate, contractus autem alienationis postea fuit factus ex alia causa, uidelicet compositionis, quae compositio per se decretum specialiter requirit, quando fieret super rebus immobilibus. l. non solu. C. de praed. mino. item super alia re, uidelicet super bonis hereditatis, ergo alienatio tanquam facta sine decreto non ualebit. d. l. si pupillorum. §. si prator. iuncta d. l. non solu. Et ex his pro nunc concludo in hac causa alienatione saltem quoad dictam domum non ualere. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Alienatio rei minoris et cum decreto facta, ut ualeat, causa iusta, propter quam facta fuit, debet de presenti urgere, et imminere nec sufficit eam de futuro sperari.
- 2 Decretum super non entibus, licet esse possint, et de futuro sperentur, fundari, et concedi non potest.
- 3 Res minoris propter maiorem utilitatem uendi, et alienare non potest, et ex quibus causis possit.
- 4 De matre tutrice, quae secundo nupsit, et futuro marito bona filiorum addidit, et uendidit, male est presumendum.
- 5 Alienatio, et uenditio rei minoris aliter facta, quam fuerit per decretum iudicis concessum, est ipso iure nulla.

E P I T O M E.

ALIENATIO rei minorum pro dotibus dandis tempore, quo dictae minores nupsint, uel religionem intrauerint, ualide etiam cum decreto fieri non potest, nisi causa illa dotium immineret, atque urgeret.

CON-

